

STADT DRESDEN.

No. 1. 1260. 27. März.

Markgraf Heinrich ertheilt den Bürgern von Dresden die Befugniss, ihre in die Stadt kommenden Schuldner aus dem Ritterstande abzupfänden und die Pfänder bis zum rechtlichen oder gütlichen Austrag ihrer Ansprüche in der Stadt zu behalten.

Nos Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio, Thur. lantgravius et Saxon. comes palatinus notum facimus universis, ad quos pervenerit praesens scriptum, quod quia burgenses nostros de Dresden prosequi volumus quadam gratia speciali voluntatis nostrae existit, quod quicumque debitores eorundem in civitatem Dresden pervenerint sive sint milites sive servi, quod pignora eorum sive sint equi sive qualiacumque alia honesta pignora detineantur in civitate de nostra speciali licentia et indultu, quousque iidem debitores burgensibus eisdem exhibeant pro suis debitis iustitiam vel amorem. Et ut eisdem burgensibus in hac parte plenarie caveatur, committimus omnibus villicis nostris de Dresden tam praesentis temporis quam futuri, ut iuvent ex parte nostri dictos burgenses quemadmodum superius est expressum. Ne autem omnia supra dicta immutari valeant aliquo modo, burgensibus praetaxatis praesentem paginam conscribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum apud Suselitz anno domini M^o. CC^o. LX^o. VI^o Kal. Aprilis tertiae indictionis.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Dresden mit dem beschädigten Siegel des Markgrafen an einem von der Urk. selbst z. Th. losgetrennten Pergamentstreifen.

Weck Dresden S. 469. — Horn Henricus III p. 323. — Hasche Urkundenb. z. diplomat. Gesch. Dresd. S. 10. — Die Abürücke setzen die Urkunde irrthümlich in das Jahr 1266; die Indiction weist dieselbe mit Bestimmtheit in das Jahr 1260.

No. 2. 1271. 19. Nov.

Markgraf Heinrich leistet Verzicht auf den landesherrlichen Marktzoll zu Dresden, nachdem die Bürger zum Ersatz für denselben 10 Mark zu dem Klosterbau in Seusslitz beigesteuert haben.

Nos Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio notum esse volumus universis praesentem litteram inspecturis, quod ob remedium animae nostrae ac dilectae nostrae coniugis dominae Agnetis bonae memoriae theloneum nostrum in civitate Dresden, quod marctzol vocatur, liberum dimittimus penitus et solutum, ita videlicet quod nullus de cetero in eadem civitate impetatur pro theloneo memorato. In recompensationem vero eiusdem thelonei cives dictae civitatis Dresden decem marcas